



PARISIIS, Sumibus IOHANNIS BAPTISTAE COIGNARD, Typographi regni. 1686.



SANCTI  
AMBROSII  
MEDIOLANENSIS  
EPISCOPI  
OPERA,

AD MANUSCRIPTOS CODICES VATICANOS,  
*Gallicanos, Belgicos, &c. nec-non ad editiones veteres emendata,*

STUDIO ET LABORE MONACHORUM  
Ordinis S. Benedicti, è Congregatione S. Mauri.

TOMVS PRIMVS.



PARISIIS.

Typis & Sumptibus JOHANNIS BAPTISTÆ COIGNARD, Regis Typographi,  
ac Bibliopolæ ordinarii, viâ S. Jacobi, sub Bibliis aureis.

MDCLXXXVI.

CUM PRIVILEGIO SACRÆ MAJESTATIS.



ILLUSTRISSIMO ECCLESIAE PRINCIPI D. D.

**FRANCISCO DE HARLAY**  
ARCHIEPISCOPO PARISIENSI,  
REGIORUM ORDINUM COMMENDATORI,  
DUCI AC PARI FRANCIAE,  
SORBONAE ET NAVARRAE PROVISORI, &c.



*PERFECTIS* quam potuimus  
accuratissime, quae in adornanda  
hac operum Ambrosianorum editione  
exspectare visus es, ILLUSTRIS-  
SIME ECCLESIAE PRINCEPS, ea res  
ad supremum decus sola restabat, ut  
frontem operis splendore clarissimi alicu-  
jus nominis illustrarem, qui totum opus luce sua perfunderet,  
adscisceremusque patronum qui pro sua humanitate vellet,



S A N C T I  
**A M B R O S I I**  
 MEDIOLANENSIS EPISCOPI  
**HEXAEMERON**  
 LIBRI SEX.\*

\* Scripta  
 1106. 80.  
 189.

L I B E R P R I M U S  
 DE OPERE PRIMI DIEI.

SYMO L.

C A P U T I.

*De mundi principio, duratione, & unitate  
 Philosophorum errores referuntur, ac  
 perfringuntur.*



**T**ANTUMNE opinio-  
 nis assumpsisse homines,  
 ut aliqui eorum tria  
 principia constituerent  
 omnium Deum, &  
 exemplar, & materiam,  
 sicut Plato, discipuli-  
 que ejus; & ea incor-  
 rupta, & increata, ac  
 sine initio esse assevera-  
 rent: Deumque non tanquam creatorem ma-  
 terie, sed tanquam artificem ad exemplar, hoc  
 est, ideam antecedentem, fecisse mundum de ma-  
 teria, quam vocant hylem, quæ gignendi causas  
 rebus omnibus dedisse asseratur: ipsum quoque

A mundum incorruptum, nec creatum, aut factum  
 existimarent: alii quoque, ut Aristoteles cum  
 suis\* disputandum putavit, duo principia po-  
 nerent, materiam & speciem, & tertium cum  
 illis, quod operatorium dicitur, cui supere-  
 ret competenter efficere, quod adoriendum  
 putasset.

2. Quid igitur tam inconueniens, quam ut  
 aeternitatem operis cum Dei omnipotentis aeternitate  
 conjungerent, vel ipsum opus Deum esse  
 dicerent, ut caelum, & terram, & mare diuini  
 profecerentur honoribus? Ex quo factum est, ut  
 partes mundi Deos esse crederent, quatinus de  
 ipso mundo non mediocriter inter eos quæssio sit.

3. Nam Pythagoras unum mundum asse-  
 rit: alii innumerabiles dicunt esse mundos, ut  
 scripsit Democritus, cui plurimum de Physicis  
 vetustas auctoritatis detulit. Ipsamque mun-  
 dum semper fuisse & fore Aristoteles usurpauit  
 dicere: contra autem Plato non semper fuisse,  
 sed semper fore præsumit adstruere: plurimi vero

\* Maxime ipsas Colchidas civis & Colchidas asserunt  
 putant duo principia posse. Multis aliis, atque admodum, parum

... possunt. Hoc enim illorum verbum patet ex ipso initio  
 capite: Tantumne... ut aliqui, &c.